



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

In Societatem admißio. 64

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

conspexere. Certè enim cùm gratias vberes, humanissimo Patri, per internuntios egisset; ad meditantam obtenti beneficij magnitudinem totus deinde incubuit.

LXIV. In Societatem admissio.

Die postero, id est, nonis Quintilibus, valetudinarij locus, in sacelli speciem exornatur. ibi cùm allatam in Viaticū Eucharistiam ager religiosissime adorasset; circumstante Patrum corona, exorsus est ipse, ceteris altum silentibus, tria Religionis vota, ex societatis formula, verbis conceptis clarisque nuncupare: interiore affectu, per omnes corporis sensus exuberante: vt nemo adstantium gratulantiumq; se tenuerit, quin gaudio fluentibus oculis id specta-

etaculum prosequeretur. Tum
 votis rite signatis, Antonius ad
 caelestissimi ferculi nectar, in-
 census desiderijs ferebatur: quo
 postquam perfruitus est, nihil
 pensius duxit, quam assidua cū
 Christo colloquia ferere; eaque
 viuentibus lacrimis, & calenti-
 bus suspirijs condire: tum crucis
 imaginem arcto complexu ad-
 stringere, pressoque identidem
 osculo petere. At denique patri,
 cui confiteri de peccatis insue-
 rat: Et ego, quid rursus, inquit,
 Pater mi, quid dignum tot me-
 ritis tuis persoluam? Habe, qua-
 so te, etiam nunc curæ hanc ani-
 mam; neque hoc eam tempore,
 quod perpauxillum superest,
 abdica. Tum ego me polliceor,
 simul ad Dei mei conspectum
 peruenero, gratam tui memori-

am

am
 coll
 ipse
 pro
 Cæli
 bus
 eis q
 ricco

L

H

om
 pro
 mo
 sub
 mic
 nuc
 reti
 cep
 illo

am habiturum. At quæ verba,
collacrimantibus ceteris, in hoc
ipse Cygneum carmen lætus
prorupit. *Benedicamus Deum
Celi & terræ, & coram omni.
bus viuentibus confitebimur
eis quia fecit nobiscum mise-
ricordiam suam.*

*LXV. Ex vestitu Societatis
gaudium.*

HIs officijs piè defunctus, vio-
lenti precibus peruenit, ut
omni veste, quam ad id locorum
propriam seruarat, ex oculis a-
mota; tunicam sibi pauperem,
subuculamque è Societatis do-
micilio sufficerent; qua conti-
nuò, quamuis moribund⁹, vesti-
retur, gessere morem. At ille præ-
ceps irruere, manûque centones
illos & osculo prensare: nec
dein-